



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XXXVI. Ad D. Iulium Comitem à Salmis, & Neoburgo ad Oenum, Caes.  
Consil.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

*Nam licet imperij grauiora negotia tractet:  
Tu tamen oblitus non potes esse tui.  
Si facis, vt facis hoc, rectè facis: & tibi M<sup>o</sup>  
Pro virtute tua præmia digna dabunt.*

XXXVI

*Ad D. Iulium Comitem  
à Salmis, & Neoburgo ad Oenum,  
Cæs. Confil.*

*Qui rectè cupit imperare, I V L I:  
Sit clemens simul, atque liberalis.  
Nam clementia, liberalitasque  
Aequales homines facit Deo: qui  
Clemens omnibus, atque liberalis,  
Indulget veniam reis: nocetque  
Nullis: sed facit omnibus benignè.*

*Quid? quod mancipat ipse sic amicos,  
Ac hostes pariter sibi malignos:  
Quos fidos sibi reddit, ac benignos:  
Si clemens sit hic, atque liberalis.*

*Sic nulla melior paratur arte  
I V L I, cuiquam hominum fauor: nec vlla est  
Cuiquam conuenientior voluptas,  
Quàm seruare homines, & adiuuare.  
Hæc est summa, Comes benigne, virtus:  
Hæc cælum petitur via decorum.*

Iaco